



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv  
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de  
Lvgdvni, 1659**

III. De modo procedendi, tortura, sententia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41066**

C A P V T III.

De modo procedendi, tortura, sententia.

19. **Q**uoniammodo assolent procedere DD. Inquisitores circa §. I.  
delictorum probationem? Reus quidem est in territorio alieno, quid tunc? Possunt non solum verbaliter, sed & prece-  
realiter citare, & capere reum, & mandare, ut ad se libri, & dendit  
alia necessaria ad causam sine licentia dominorum loci, S. Inqui-  
sitionis Ecclesiasticorum transmittantur.

20. **V**i reus possit capi, qualia debeant indicia procedere? Ea  
quidem, quae sint ad torturam sufficientia. Vnde non semper  
vnum testem etiam idoneum sufficere affirmarim.

21. Possunt ne DD. Inquisitores ex suspicione leui formare  
Inquisitionem, & reum interrogare, et si diffamatio non praecedet?  
Possunt, quando est homo vilis, improbus, & abiectus; secus  
si honestus, nobilis, & Religiosus. De quanam leui suspicione  
fit sermo? Voco leuem suspicionem comparatiuè ad vehe-  
mentem; scio enim in se debere esse notabilem iudicis ar-  
bitrio.

22. Denunciatio facta est per chartam sine nomine, in qua  
etiam testes nominantur: potest ne reus ex vi huius denuncia-  
tionis examinari? Minime; quia est suspecta. Sed tamen præ-  
cipuum rationem proximi esse existimo.

23. Post sententiam absolutoriam in crimen heresis noua  
superuenientia indicia. Coniunguntur cum prioribus, & potest  
reus de novo examinari.

24. Imposita fuit pena arbitraria: quidnam faciendum;  
quando post superuenit plena probatio? Si nondum arbitraria  
illa pena impleta est, puniri debet reus pena ordinaria; si  
autem est impleta, detrahitur de secunda, nisi haec esset capi-  
talis, nempe indivisibilis.

25. Possunt ne in causis fidei de plano sine strepitu, & figura  
iudicij procedere? Possunt, seruat tamen iis, quae per se ne-  
cessaria sunt ad sententiæ æquitatem.

26. An teneantur, dum reum interrogant, manifestare ei in-  
dicia, & semiplenam probationem, ex qua ius habent legitimè  
interrogandi? Minime tenentur. Profectò ad id tenentur in  
aliis, exceptis criminibus, v. gr. læse Majestatis, &c.

27. Negat reus: possunt ne Inquisitores impunitatem pro-  
mittere, si verum fateatur? Non possunt; quia implere non  
semper

§ 76. Moral. Theologiae Tract. V. Virtutes,  
semper valent. Annon hæreticus, præsertim relapsus adhuc  
post promissam impunitatem esset necessariò puniendus?

§.2. 39. Quoniammodo se Inquisidores debeant habere circa in.  
Tortura turam, exprime; si quidem proni plerumque ad eum esse tenentur,  
reorum. cum crimen hæresis suapte natura sit difficultis reparationis, pug-  
nareus à sententia tortura appellatur? Poteſt, & appellatio al-  
mitti debet, niſi eſſet friuola, & calumniosa, v. gr. quando in  
processu allata ſunt legitima ad torturam indicia, nec puni-  
ta ſunt in termino ad defenſionem concesso.

39. Debet ne dari torquendo coxia indicia, & depofitum  
num? Debet planè, ſed ſine teſtium nomine, aut circumſtu-  
tiis, ex quibus poſſent innoſcere.

40. Eſt torquendus minor viginti quinque annis? Debet dari cura-  
tor, ſed non ex S. Officij Officialibus. Datus ei cura-  
tor non eſt. Confefſio rei ſine curatore, etiam ſpontanea, &  
iurata nullius eſt momenti. An neceſſe ſit, curatorem minime  
tortura? Minime.

41. Confitetur quis proprium delictum: poſteſt ne pro-  
plicibus torqueri? Minime, niſi adſit ſeniplena probatio, quod  
ſocios criminis habuerit.

42. Plures ſunt complices eiusdem delicti, & neceſſarium  
ad torturam procedere. Prior ille torquendus eſt, à quo faci-  
lius veritas elici poterit, v. gr. qui timidior, debilior, delica-  
tior fuerit.

43. Poſſunt ne torqueri perſone priuilegiatae? Ita quidem  
exceptis minoribus annis quatuordecim, & prægnantibus  
uſque ad quadragesimum à partu diem. De Clerico p[ro]b[ati]o  
diſſere. Mitius quidem Clericus torquendus eſt, quam laicus.  
Ex ex externis qui aſſerat Clericum non poſſe torqueri, eni[us]  
plurima ſint indicia, quandiu non eſt de crimine diſfamans.  
Affirmo contrarium, præcipue quando de hæresi crimine in-  
quiritur.

44. Quanta debeat eſſe indicia ad torturam. Inquiſitorum  
prudentiae relinquo, id aſſerens, quod ſi quis ſine ſuf-  
ficientibus indiciis torqueretur, eius confeſſionem eſſe nu-  
lam, nec poſſe ex ea condemnari.

45. Quot teſtibus indicia haec probanda? Probari poſſunt  
per vnum teſtem omni exceptione maiorem, qui deponit de  
ipſomet delicto, Audiui Petrum blaſphemare. Quia fi-  
tum deponeret de aliquo actu remoto, vel proximo ipſi fiti-  
tio, duο teſtes eſſent neceſſarij. Sufficiunt ne ad teſtifican-  
tem haec familiares, infames, &c. Sufficiunt, dummodo ſu-  
ſtenteſtes. Sufficit ne aliquando uetus teſtis, qui non ſit omni ex-  
ceptu na-

Exa-  
ptione  
nale fa-

46. I-

zum: po-

num ell-

dum ma-

fingulari-

47. I-

icit, niſi

famatus

quod ip-

48. E-

Si ante a-

beret ſu-

probatio-

bus calu-

tum eſt.

49. E-

eſt vero

calore:

ſi duebu-

probatu-

50. I-

probatio-

concurr-

ſecta-

de audi-

51. I-

di uſu

nūm e-

52. I-

interrog-

dūcere

Profect-

tem ap-

53. I-

torquer-

ribus d-

54. I-

confessi-

& poſt

queat

poſteſt

*Examen II. De Tribunal S. Inquisitionis. § 77*  
uptione maior? Sufficit vnotis testis de visu, quando reus est  
malæ famæ.

46. *Vnicum adest indicium remotum per duos testes probandum: potest ne reus per id torqueri?* Minimè, sed debent minimū esse duo, nisi illud vnicum esset proximum, & delictum maximè inferens. *Ad sunt plura in dictia, testibus tamen singularibus probata.* Sufficiunt ad torturam.

47. *An sufficiat sola fama, ut quis possit torqueri?* Non sufficit, nisi adminiculis hisce iuuetur, quod reus sit vilis, & infamatus: quod fama orta sit non à maleuolis, sed fide dignis: quod ipsa per testes proberetur idoneos.

48. *Est ne sufficiens ad torturam, testimoniū accusatum fugisse?* Si ante accusationem post commissum delictum fugeret, p̄r̄aberetur sufficiens indicium ad torturam, tanquam semiplenæ probationis. At fugere potuit post accusationem ob effusus calumniax fugiendos, vnde haud sufficiens indicamentum est.

49. *An sufficiens sit confessio rei extra judicialis?* Sufficit si est verosimilis: si facta est seriò & non iocose ex iracundiax calore: si est specialis, quo loco, & tempore factum sit: si duobus testibus saltem singularibus, & non contestibus proberetur.

50. *An unius socii criminis confessio faciat semiplenam probationem, sufficientem ad torturam?* Minimè, nisi alia concurrent adminicula, v. g. stricta amicitia cum tali socio: secreta inter ipsos collocutio: fama, fuga accusati: alij testes de auditu.

51. *In crimine Magie duas sage testantur fœminam quan- dū suis conuentibus interfuisse: sufficit ne ad torturam?* Minimè, si fœmina bona famæ sit.

52. *Tempore tortura est ne reus de re aliqua particulariter interrogandus?* Minimè; quia hoc esset eum ad falsitatem inducere: cùm vi tormentorum quidlibet s̄apē dicere soleant. Profecto generatim monendus est, vt circa obiecta veritatem aperiat.

53. *Semel tortus est reus, & non confessus: potest ne iterum torqueri?* Non potest, nisi noua superueniant indicia à prioribus distincta, quæ per se ad torturam sufficerent.

54. *Reus in tortura crimen confessus est: debet ne eandem confessionem ratificare?* Debet quidem extra locum torturæ, & post vigintiquatuor horas. *Quid si abneget?* Secundo torquatur. Eriam tunc abnegat. Post secundam torturam, non potest amplius torqueri; nisi forte veraque vice leuissime

Oo fuisse

578 *Moralis Theologiae Tract. V. Virtutes,*  
fuisset tortus, & posteriori confessioni alia noua signa pro-  
ribus addidisset.

§. 3. 55. *Circa sententiam ferendam rogo, utrum possit unus in-*  
*Sententia à quisitor sine alijs ad cunctas causas actiones procedere?* Vbi plu-  
*riae sunt Inquisitores, non potest unus sine altero procedere*  
*D.D. In quisito- ad capturam, ad purgationem indicendam, ad publicationem*  
*ribus fe- testium, ad copiam actorum reo dandam: si equidem alteri*  
*renda. aut alteri praesentes sint; nam in absentia omnia illa solae*  
*potest. Hæc Hispaniæ praxis. Quid ab Hispaniæ praxi inde-  
pendenter? Quilibet Inquisitor per se potest procedere inde-  
pendenter ab altero.*

56. *An Inquisitores sine Episcopo possint aut sententias*  
*torturæ ferre, aut actu reum torqueare?* Minime; alias omnia  
erunt inualida. Idem assero de Episcopi Vicario Sede va-  
cante.

57. *An possint permittere laicis, ut unus ipsorum assistat*  
*causis fidei, sicut fit Venetijs?* Non possunt sine speciali Papa  
privilegio.

58. *Quoniammodo sententia ferenda?* De die, & non deno-  
ste debent ferre sententias, nisi multitudo negotiationum ad  
tenebras cogat; & in publico, & in scripto; aliter non va-  
lent. Non tamen necessariò pro tribunali sedentes.

59. *Quid de actu publico traditionis Curia seculari, & ex-  
ecutionis?* Hunc actum debent in die festo exercere, ob mai-  
orem populi concursum.

60. *Quanam probationes sufficiunt, ut reus condemnari possit*  
*ad poenam ordinariam?* Debent esse (ut Doctores affirmant)  
luce meridiana clariores. Vnde ex presumptionibus & indi-  
ciis planè probatis, potest hæreticus condemnari ad poenam  
extraordinariam triremium, fustigationis, exilio, carceris, &c.  
Non tamen ad ordinariam poenam. Scio equidem ex pres-  
umptionibus & indiciis indubitatis posse etiam poenam or-  
dinariam inferri, v. g. si quis è genere Iudæorum aliquam  
cærimoniam Iudaicam gerat. Sic Menoch. Adiicio ex aliis  
ad poenam ordinariam duas semiplenas probationes interle-  
vniri non posse, nisi alia concurrentia.

61. *An abiuratio publicè debeat fieri?* Assolet abiuratio de  
leui priuatim fieri; de vehementi publicè. Porro quando In-  
quisitoribus iusta ex causa visum fuerit, potest etiam de levi  
publicè fieri; & de vehementi priuatim.

62. *Quenam ad abiurationem etas necessaria?* In masculis  
annus decimusquartus, in fœminis duodecimus.

63. *Exprime abiurantium relapsum.* Qui abiurarunt de  
vehementi

*Examen II. De Tribunalis S. Inquisitionis.* 579  
vehementi, si in secundo lapsu planè conuincantur hæretici,  
ponendi sunt tanquam relapsi: non autem si priùs tantum de  
leui abiurarunt; vel si secunda vice non conuincantur hære-  
tici, sed tantum eorum fautores.

64. Qui abiurarunt, possunt ad confessiones admitti? Qui  
abiurarunt de vehementi, minimè possunt; secus qui tantum  
de leui abiurarunt: neutros tamen irregulares esse affirmo.  
Prefectio Regulares ex Vrbani VIII. decreto ad officia &  
dignitates inhabiles fiunt.

#### C A P V T I V .

##### *De bonorum confiscatione, pœnisque delictorum.*

65. *Quædenam confiscati bonorum facienda sit?* Se- §.1.  
questratio, & descriptio bonorum in ordine ad Confis-  
confiscationem, non est facienda nisi in captura pro hæ- catio.  
sel formalis; non autem pro aliis delictis sapientibus hæ-  
selim.

66. *Possunt ne Inquisitores bona illa hæreticis pœnitentibus  
telinquare?* Minimè, quia Regio fisco applicanda, aut appli-  
cata, iam fiscus ad ea ius habet.

67. *Quid si Inquisitores non damnent reum, quando debent?*  
tenetur ne illa confisca bona illi restituere fisco? Non tenen-  
tur, quia ius fisci ad illa bona tantum est remotum, & iudicis  
condemnatoria sententia supposita.

68. *Debet ne fiscus debitis ei satisfacere?* Satisfacere qui-  
dem debet iis, quæ ante delictum contracta sunt; quia post  
delictum iam sunt bona illa confisca obnoxia. *Dulium*  
*est, an contracta debita post delictum.* Incumbit fisco pro-  
bare fuisse post contracto.

69. *Quænam bona non possunt confisciari?* Maioratus insti-  
tutus non solum ex bonis propriis, sed etiam à Rege donatis.  
Neque bona fideicommissio subiecta, nisi id factum esset in  
fauorem solum delinquentis. Neque bona castrensis, aut quasi  
castrensis filij, sed hæc cedunt patri. Quod à fortiori dicen-  
dum de bonis prefectiis.

70. *Expende delictorum pœnas Quænam hæretico infli- §.2.  
gentur? Hæresharchis, & dogmatizantibus raro reconcilia-  
tio conceditur, et si pœnitentiam ostendat; præsextim si hæretici.*

O o 2 tunc